



R. P. Thomæ Tamburini È Societate Jesu Opera Omnia

Tamburini, Tommaso

Lugduni, 1689

Ipse Confessarius à Pœnitente ante confessionem consultus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-78172](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-78172)

seu à quo de iisdem peccatis deque ejusdem poenitentis licentia consilium exquirat.

Antequam respondeam, præmitto in hac Sigilli materia triplex secretum à nonnullis apud *mex* citandos distinguui. Primum est secretum naturale, ad quod vel ex fide data, vel ex fama proximi tenemur. Secundum est Sigillum Confessionis, quo tantummodo obstringitur ipse Confessor, & de quo hæcenus multa, & deinceps non pauca disseremus. Tertium est secretum medium inter utrumque, strictius primo, benignius secundo; quo obstringuntur alij à Confessario, qui aliquo tandem modo peccatum poenitentis ratione Confessionis norunt. Et quamvis aliquibus cum Delugo loco cit. num. 21. & 22. non videatur differre hoc secretum medium à secreto Sigilli: utrumque enim perinde strictissimum est ac Religionem fovet, reverentiamque Sacramenti: tamen negari non potest, quantum ad aliquem effectum differre: fractior enim Sigilli punitur ab Ecclesia poena ordinaria: at fractior secreti mediij poena extraordinaria seu arbitraria: Ita Suar. Hurt. Præp. Onuph. aliique apud Dianam p. 5. tract. 11. ref. 51. idemque Delugo loco cit. sect. 5. num. 147. & merito, magis enim reus est Confessor si revelat ea, quæ suæ fidei immediatè commissa sunt, quam alij, quibus veluti mediatè, & indirectè.

4. His positis; triplex est in proposita dubitatione sententia. Medin. cod. de Confess. q. de his qua fin. Vasq. d. dub. 2. n. 20. Diana p. 2. tom. 1. alias 15. tom. 14. Castrop. de pen. p. 19. §. 4. nm. 8. inclinatur Coninch. lib. 6. nm. 40. & 50. docent teneri secreto solum naturali. Alij cum Henricq. lib. 6. cap. 20 nm. 3. medio. Alij secreto Sigilli. Sic Suar. loc. cit. sect. 4. nm. 6. Delugo loco cit. sect. 2. nm. 25. aliique apud Dianam citatum. Omnes probabiliter, sequere quam mavis. Primam: quia poenitens concedens veniam colloquendi cum tertio de suo peccato, præsumitur extra limites Sacramenti illud extrahere. Secundam: quia quomodocumque notitia oritur tanquam à radice Confessionis: sed, ut modo diximus, afferens obligationem mitioris poenæ. Tertiam: quia eadem notitia, quam alteri porrigit Confessarius (quamvis ex licentia poenitentis) est eadem; quam ipse Confessarius habet: ipse autem habet affectum onere Sigilli, ergo, &c. Negari insuper potest, poenitentem per eam licentiam velle sua peccata à Sigilli favore repellere: immo nolle est præsumendus, quia nemo detrimentum suum velle putandus est.

Ipsæ Confessarius, à poenitente ante Confessionem consultus.

5. **I**am vero ex occasione dictorum, illa emergit difficultas: An si poenitens sive paulo, sive multo ante Confessionem aliqua de suis peccatis communicet Confessori, ut rationem v. g. adducat mox exhibendæ Confessionis; an, inquam, ea sub Sigillo sint conregenda? Videntur conregenda non esse: quia poenitens jam consulto extra Confessionem, perinde ac si cum amico unico ageret, loquitur. Adde hanc notionem, quæ sic Confessori affertur, non procedere ex Confessione peracta: quo pacto probabile est, ut modo dixi, secum ferre onus Sigilli, sub quo peracta est: sed ex faciendâ, quæ quia fortasse non fiet, non potest communicare onus Sigilli quod porter. Ita opinantur Suar. d. disp. 33 sect. 4. nm. 6. Henricq. lib. 6. cap. 21 nm. 4.

6. Verum Sagund. præcep. Eccl. 2. lib. 6. cap. 6. nm. 23. Medina allatus à Dian. p. 5. tract. 11. ref. 44. tum Confessorem, tum laicum, cui ea communicatio fiat, Sigilli reos constituunt: siquidem ad dandam talem notitiam poenitens movetur à vi Confessionis, idque noscitur, qui eam accipit: ex quo infert Medina *ibid.* hunc, sive Confessorem sive laicum, cui ad finem Confessionis peragendæ communicatum est peccatum enorme, alias prælato denunciandum sub poena excommunicationis: nec debere nec posse denunciare, qui contra Sigillum: quod fortius urget, peccaret.

7. Utraque opinio est probabilis, Ergo hanc posterio-

rem sequor libentius, tum quia magis Sacramenti tum quia nollem obligare prædictos ad denuntiandum quo scilicet tutior, aditus miseris patet ad poenitentiam; id quod maius est bonum, quam quicquid aliud, quod hac in re effingi animo secutus est Calisto.

Laicus Confessionem forte excipiens.

8. **D**ubatur Secundo, de eo qui confitetur laico, quem per errorem forte poenitens necessitate. Sacramentaliter absolvetur: id fiat devotionis vel humilitatis gratia, Sigillum tamen nequaquam patere, palam est.

Respondeo. Huitad. de pen. d. 12. diff. 3. præp. pan. q. 11. d. 2. nm. 22. affirmant tunc exquiri confessionem Sigilli, quia hic poenitens jam tractans cum errore, à Confessione instituta à Christo non est. cit. sect. 2. nm. 2. Vasq. loc. cit. dub. 2. nm. 1. separata nisi Confessione Sacramentali, cuius ipse fuit poenitentium imposuit: ea, quam quis per eum errorem recipiat, ficta est, & neutiquam à Christo auctore confessionis.

9. Veraque sententia probabiliter nescimus. Illud miror, quod Doctores negantes concedunt, quæ se Sacerdotem simulans, vacat Confessione: & si ad Sigillum: sed certe, hæc Confessio aliata à Christo non est: sed non est vera confessio instituta à Christo: sed potest fieri per ipsos parit Sigillum, non per Confessorem: sed si Confessio instituta à Christo non est: Respondent idem loco cit. quia accedens ad Confessionem simulatur movetur à Confessione Christi apprehensa. Rectè: nam etiam accedens ad laicum poenitentem necessitate, movetur à Confessione Christi apprehensa.

10. Instat Delugo loco cit. Si quis confitetur coram Crucifixo, putans veram facere Confessionem: quæ auditur, non tenetur Sigillo; quia confessio coram Crucifixo non est à Christo instituta. Ergo idem laicum est in eo eventu, quo quis confitetur coram Crucifixo: quæ tamen non est à Christo instituta. Ergo idem sentiendum est de laico. Respondeo: ergo idem sentiendum est de laico. Confessio in eo eventu, quo quis confitetur coram Crucifixo, siquidem ne hæc quidem confessio est à Christo instituta. Adde, hanc instantiam non arguere sententiam, quæ utrobique, hoc est, tum in Confessione facta laico, tum facta simulato Sacerdote, contra vim Sigilli: non virget, inquam, quia audens Confessionem factam coram Crucifixo, non tenetur poenitentem moveri ad sua peccata sic procedenda, sed devotionem: at in casu, de quo loquimur, supponitur ex circumstantiis clarè cognosci, confitentem coram Crucifixo, vel ficto Sacerdote moveri, esse, per errorem confessionem, quam Christus Dominus instituit. Hæc disputandi gratia sint hæcenus dicta: nam ego loquor libentius priorem sententiam affirmantem, quia laico favet magis.

11. Si quando quis pandit sua peccata coram Confessario, sed, multis ex necessitate præstantibus, accidit in tempestatibus, subitus invasionibus, &c. quibus quidem eventibus ob temporis angustiam, multis simul licet fateri peccata quæ in illa turbatione possunt, & unicam illam formam absolvi, Ergo absolvo &c. per Confessorem, tum omnes præstantibus arduantur o) tione Sigilli, ut ex Fagund. præcep. Eccl. 2. lib. 6. cap. 6. nm. 1. de auditis nec cum aliis, nec cum secum. 5. nm. 10. loqui possint, id, quod ex habundantia, quæ ipsi eli negotio colligit.

Scripta peccata legens.

12. **D**ubatur Tertiò: An is, qui inveniens forte quæ appareant esse notata propter Confessionem exhibitam, sive exhibendam, ea (licet, ut certum est Coninch. d. disp. 9. de pen. dub. 3. n. 50. fine. Castrop. nit. p. 19. §. 4. n. 11. cum peccato) legit: An inquam, vi Sacramenti teneatur ad silendum?